Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

satur ipm incidendo et corrodendo malisq
repugnat humoribus ad stomacum fluentibus:
Confert adustioni ignis et eius dolori ve-
lociter subvenit super infusum morsui vene-
norum prodest et bibitum et odoratum et
confert illi qui in potu sumpsit opium
iusquiamum et similia. In laudibus aceti in-
quit Avicenna: Aceto preparata uti in cibis et po-
tibus est a pestilentiali nocumento securitas.

Remedium pestis

Decoptio aceti minuit eius frigiditatem
et propter cum modico admixto melle. Ve-
rum tamen si in uno petito aceti bulliat
una libra passularum fere saporem non perdit.
et maxima suorum nocumentorum quantitas
removetur :)

Temperamentum aceti.

AQuarum melior est illa que quum
clara sit neque colorem neque odorem
neque saporem habet: quia hec sunt passiones
mixti. Et inter ceteras levioris est ponde-
ris que in propter eius subtilitatem et raritatem
cito ad ignem calefit et cito ad aerem
infrigidatur. in qua coquuntur res citius et
dissolvuntur. et cito a stomaco et abypocun-
drijs descendit. Eius quidem levitas co-
gnoscitur aut per pondus equalis mensure